



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd supernorum ciuium numerus, & finitus sit, & infinitus. lv.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC

Ab hoc homo in veteri testamento despicitur, nec creditur ab angelo, eo quod homo adhuc nondum transfuerit Deo. Suscipitur autem homo a Deo, & ruerenter salutari ab angelo. Nam & Mariæ angelus legitur salutasse, & Iohanni angelum salutanti, ab eodem angelo dicitur: Vide nesceris, conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum. Per quod agnoscitur, per incarnationem dominicam, patrem hominibus fuisse, & angelis redditam.

*Quod supernorum ciuium numerus, & finitus sit, & infinitus.* Cap. LV.

*Grego. in suis moralibus.* **S**uperiorum ciuium numerus, & infinitus, & definitus exprimitur, ut qui Deo est numerabilis, esse nobis innumerabilis demonstretur, quamvis aliud est assistere, aliud ministrare. Assistunt enim illae procul dubio potestates, quæ ad quædam hominibus nuncianda non exunt. Ministrant vero hi qui ad exempla officia nuncionum veniunt, sed tamen ipsi quoque a contemplatione ab intencionis non recedunt. Et quia plures sunt qui ministrant, quamvis qui principaliter assistunt, assistentium numerus quasi definitus, ministrantium vero infinitus ostenditur. Angelos vero spiritus recte Dei milites dicimus: quia decessare contra potestates aërias non ignoramus. Quæ tamen certamina non labore, sed imperio peragunt: quia quicquid agendo contra immundos spiritus appetunt, ex auxilio cuncta regentis possunt.

*Quod omnis culpa ante discessum oblationis manere soluat. Cap. LVI.*

*Ex dialogo Greg.* **S**ed neque hoc silendum existimo, quod actum in monasterio ante hoc triennium reminiscor. Quidam namque monachus Iustus nomine, medicinae arte imbuitus fuit, qui mihi in eodem monasterio constituto, sedulo obsequio, atque in assiduis ægritudinibus meis excubare consuevit. Hic itaque languore corporis præuentus, ad extremam deductus est. Cui in ipsa molestia sua, frater germanus nomine Copiosus, seruiebat. Qui ipse quoque nunc in hac vrbe per eandem medicinae artem, temporalis vite stipendia sectatur. Sed predictus Iustus, cum iam se ad extremam peruenisse cognouisset eidem fratri suo Copioso occultos tres aureos haberet, innotuit. Quod nimis